

Articuli Diatales Anni 1603.<sup>tie</sup>

Ab hic nec vestigium Sigilli adparet, nec sub-  
scriptio Regia adest.

cum Incriptione a fronte

pro Mag<sup>o</sup> Stephano Illishazy.



1603  
H<sup>ro</sup> Mag<sup>ro</sup> Stephano Meschury /





**N**OS RVDOLPHVS  
Secundus, Dei gratia e-  
lectus Romanorum Imperator,  
semper Augustus, ac Germa-  
niæ, Hungariæ, Bohemiæ, Dal-  
matia, Croatia, Sclauonia, &c. Rex. Archidux  
Austriæ, Dux Burgundiæ, Marchio Morauia,  
Comes Tyrolis & Goritiæ, &c. Memoria com-  
mendamus tenore presentium, significantes, qui-  
bus expedit vniuersis. Quod fideles nostri, do-  
mini Prælati, Barones, Magnates, Nobiles, cæte-  
riq; Status & Ordines Regni nostri Hungariæ  
& partium ei subiectarum, in generali eorum  
Congregatione siue Conuentu, per nos eis, ad fe-  
stum beati Matthiæ Apostoli, hoc est, ad vigesi-  
mum quartum diem proximè elapsi mensis Fe-  
bruarij, Anno Domini præsentis, Sexingentesi-  
mo tertio, supra Millesimum indicto, & in Ciui-  
tate nostra Posoniensi, ad mandatum nostrum  
congregati, exhibuerunt & præsentauerunt no-  
bis, medio Serenissimi Principis Maximiliani  
Ernesti, Archiducis Austriæ, &c. Patruelis no-  
stri charissimi, qui videlicet nostra in persona,  
dictæ generali Congregationi præfedit ac præ-  
fuit, infra scriptos Articulos, in eodem Conuen-  
tu, communibus ipsorū votis & suffragijs, pariq;  
& vnanimi consensu conclusos: Supplices  
Maiestatem nostram humiliter, vt omnes & singu-  
los eos Articulos, omniaq; & singula in illis con-  
tenta, ratos, gratos & accepta habentes, no-  
strum

A

strum-

## ARTICVLI POSONIEN.



utrumq; Regium Consensum eis præbentes, auctoritate nostra Regia clementer acceptare, approbare, ratificare & confirmare, atq; tam nos ipsi obseruare, quàm per alios omnes, quorum interest, obseruari facere dignaremur. Quorum quidem Articulorum tenor talis est.

## ARTICVLI DOMI-

NORVM PRÆLATORVM, BARONVM, MAGNATVM & NOBILIVM, CÆTERORVMQ; STATUUM & Ordinum Regni Hungariæ, partiumq; ei subiectarum, in generali eorum Congregatione, ad festum beati Matthiæ Apostoli, siuè vigesimo quarto die mensis Februarij, proximè præteriti, Anno domini, Millesimo, Sexcentesimo, tertio, indicta & Posonij celebrata, conclusi.

*PRÆFATIO, in qua Status & Ordines Regni, pro paterna & pia, quam de illis gerit, cura & sollicitudine, Maiestati sue Cæsareæ maximas gratias demisse agunt, illamq; continuari petunt.*

## ARTICVLVS I.

**E**A, QVÆ SACRA CÆSAREA REGIAq; Maiestas, dominus noster clementissimus, per Serenissimum Archiducem Austriæ, Maximilianum Ernestum, dominum itidem nostrum benignum, Statibus & Ordinibus huius



ius regni Hungariæ, peculiari suo scripto, sub præfenti Diætâ, clementer proponi fecit, ijdem Status & Ordines Regni, humilimè intellexerunt. Ac imprimis suæ Maieftati, pro paterna fua cura, quam hætenus in hoc Regnum habuit, ac fe impofterum quoq; habituram fignificat, quas poffunt, habent aguntq; gratias, petentes à fua Maieftate quàm humilimè, dignetur de fua, erga fideles fuos veteri clementia & pia follicitudine, nihil remittere, fed quod è re tùm eorum, tùm etiam totius Chriftianitatis fuerit, vltro femper & continuò præftare. Illud verò quod fua Maieftas, de fuo patruele, Sereniffimo Archiduce Maximiliano Ernefto, annectit, vt nimirum, præfenti Diætæ eiusq; tractationi præfit, & in propofitorum negotijs, fefe Status & Ordines Regni, faciles demonftrent: Ea in re, propter caufas, per fuam Maieftatem adiectas, perlubenter quidem acquiefcunt suæ Maieftatis benignæ poftulationi atq; commiffioni; verùm tamen, fupplicant iterum atq; iterum suæ Maieftati, dignetur poft tot tandem annos, in medium fuorum fidelium venire, ac præfens, malis eorum fubuenire. Quibus rectè mederi ita poffe exiftimant, fi fua Maieftas ipfamet eorum querelas & gravamina intueri & audire poffit.

*Status & Ordines Regni, ad quadam Maieftatis fuæ Cæfareæ obiecta, humiliter fe excufando, respondent.*

ART. II.

Præterea, ubi fua Maieftas Cæfareæ, inter Propofitionis Articulos, aliquot in locis, non obfcure omnem neglectarum rerum, & præfertim non exactæ Contributionis, ac oblatis militis, non fubminiftrationis caufam, in ipfos Status & Ordines reijcere videtur; Scire fuam

## ARTICVLI POSONIEN.

suam Maiestatem non dubitant, ipsos iam antea sæpe sæpius ob oculos suæ Maiestatis posuisse, omnem eiuscemodi negotiorum culpam, non aliam esse, nisi quod singulis annis, omnis eorum substantia & conditio diminuitur, & ex continua belli mole, in dies in peiorem statum deueniat, ac post oblata subsidia, partim militum insolentia, partim verò hostium excursionibus opprimantur, & sic numero quoq; domorum connumeratarum, destituantur. Et licet hæc natio, varijs calamitatibus sit, & antea quoq; ab initio fuerit, obnoxia: Sperant tamen Status & Ordines Regni, iam dudum suæ Maieitati benè constare, quàm diu florentiores fuerunt, se semper pro voluntate suæ Maiestatis, & pro salute ac permanensione patriæ, nihil, neq; de constantia atq; fide, neq; de substantiarum suarum ultranea subministratio-  
ne, intermisisse, sed omnibus viribus, in omnibus occasionibus, patrio more, vestigia maiorum suorum secutos esse. Quod certè posthac quoq; tam libenter, quàm quod libentissimè sunt facturi, pro omni eorum possibilitate, quamdiu vixerint, & vel vnicus eorum superstes fuerit, dum modo benigna etiam eorum ratio habeatur, & nimia licentia militari non aggrauentur.

*Subsidium pro militum intertentione, anno præterito decretum, hoc quoq; anno per Status Regni offertur, in duobus terminis exigendum, deq; exactionis modo, & Generalibus ac particularibus eiusdem Perceptoribus, & de ipsorum Salario.*

### ART. III.

Quòd autem concernit eum Articulum, de militis in Campum expediendi, postulatione. Vellent quidem Status, & certè ex animo cuperent, si non decem tantum hominum millia, in campum expedire possent, sed & longè

longè maiorem numerum : verùm iam nouit sua Maie-  
 stas, quàm extenuatas vires hæ Regni reliquiæ habeant,  
 & quàm sit incertum & difficilè, etiam minima decreta  
 subsidia, à colonis exigere. Nihilominus tamen offe-  
 runt humilimè Contributionem anni proximè elapsi,  
 nimirum, de qualibet domo Coloniali atq; Inquilina-  
 ri, (.miserabilibus personis, allodijsq; & educillorum lo-  
 cis exceptis.) præcedente sine fraude, propter combu-  
 stas & per hostem militesq; desolatas ac deprædatis do-  
 mos, more solito fienda rectificatione, singulos Centum  
 & quinquaginta denarios. Quibus domini terrestres,  
 loco generalis Insurrectionis, quinquaginta denarios su-  
 peraddent, ita tamen, vt pauperiores subditos, ditiores  
 subleuent. Hęc verò Contributio exigatur, tam ex Mag-  
 natum & Nobilium omnium, etiam eorum, quorum bo-  
 na nunc Vngariæ restituta sunt, quàm etiam Ecclesiasti-  
 carum personarum omnium, ac suæ etiam Maiestatis Se-  
 cularibus & Spiritualibus bonis, nullis exceptis: ac huic  
 subsidio accedat quoq; Taxa earum personarum om-  
 nium, de quibus in præacti anni proximè elapsi Consti-  
 tutionibus mentio fit, eo planè modo & ordine exigen-  
 da, sicut id ibidem significatum est. Cuius quidem sub-  
 sidij medietas, exigetur ad proximum festum Sacri Penthe-  
 costes, altera autem, ad festum beati Iacobi Apostoli, per  
 particularem cuiuslibet Comitatus Perceptorem, qui i-  
 psam exactam pecuniam, tribus generalibus Perceptoribus  
 assignabunt. Quorum vnus, pro Vltradanubianis  
 partibus, dominus Ladislaus Ioo nominatur, alter pro  
 Cisdanubianis, dominus Balthasar Bossanij, tertius au-  
 tem, pro superiore Hungaria, dominus Georgius Keke-  
 dij, decernuntur: Hi verò illam in milites nouiter pro  
 Campo conducendos, erogabunt, ac diligenter caue-  
 bunt, ne illa in vlllos alios vsus, quàm tantum ad solutio-

## ARTICVLI POSONIEN.

nem Campestris militis, conuertatur, iustam de ea, in proximis Regni Comitijs, rationem Statibus reddituri. Quorum quidem generalium Perceptorum Salarium erit, in vniuersum, ut anno proximè elapso, exceptis Equitibus, idè quod iustæ eis expensæ, quas facturi sunt, postmodum in dandis rationibus admittentur. Particulares autem Perceptores in Comitibus, erunt ipsimet Vicecomites, aut Vicecomitibus id oneris assumere nolentibus, quos ipsimet Comitatus elegerint, cum eo Salario, quod Dicatoribus dari consuetum est: Habeant quoq; Iudices Nobilium suum solitum Salarium.

*De accipienda iam statim à Perceptoribus anni præteriti, ratione, & qui nam Exactores illarum esse debeant.*

### ART. IIII.

Statutum præterea est hoc loco, per Status & Ordines Regni, ut à dominis Perceptoribus generalibus & particularibus, anni proximè elapsi, nunc statim ratio accipiat percepti & erogati. Qui, si quas restantias apud se habuerint, ad manus Perceptorum præsentis anni tradant, qui eas ad conductionem militis præsentis anni, conuertant. Exactores verò Rationum, Vltradanubiani erunt, Reuerendissimus dominus Boznensis Episcopus, cum domino Emerico Megierij, Cisdanubium, Reuerendissimus dominus Episcopus Vacienfis, cum domino Thoma VVyzkelethij: pro superiore Hungaria, Reuerendissimus dominus Quinqueecclesiensis, cum domino Gregorio Tirnauienfi.

*De modo conducendi Campestre militem Hungarum, & per quos conduci & Lustra statui debeat.*

### ART.

## ART. V.

Præterea, præmissos milites Campestris, in his inferioribus Regni partibus, domini supremi Regni Capitanei Hungari, in superiore autem Hungaria, Magnus dominus Valentinus Homonnaij, si suæ Maiestati Cæsareæ ita videbitur, aut alius in Hungaria possessionatus, quem sua Maiestas elegerit, conducet; qui has Copias, quotiescunq; suæ Maiestati, vel eius Generali visum fuerit, ad Lustrandum statuent.

*De Subsidij turbatoribus & detentoribus, Colonis dediticijs, de Sclauonia, & seruitiorum desertoribus & alijs, præteriti anni Articuli renouati.*

## ART. VI.

De turbatoribus autem aut detentoribus huiusmodi Subsidij, renouatur Articulus sextus, anni proximè præcedentis. Renovantur quoq; Articuli ibidem habiti, septimus & octauus, de dediticijs colonis, necnon de Sclauonia, ac de ijs, qui non expleto anno, seruitia deferunt, seq; maioris lucri gratia, ad externos conferunt. Contra eos verò, qui superioribus annis militem non miserunt, aut alios similes excessus, in Constitutiones Regni admiserunt, vtatur sua Maiestas vigore ipsarum Constitutionum, ac circa militiam delinquentes stipendiarios milites, puniat iuxta ipsorum demerita.

*De stipendio militari, in quo statu relinqui debeat, deq; generali & particulari Insurrectione.*

## ART. VII.

Placet quoq; Statibus, vt sua Maiestas Cæsarea atq; Regia, stipendium militare, in eo statu relinquat, qui

## ARTICVLI POSONIEN.

est anno Nonagesimo sexto, Articulo vigesimo declaratus. Similiter & de Infurrectione generali & particulari, in omnibus punctis, Articulo nono, anni proximè elapsi, inhærent.

*Gratuiti labores quomodo præstandi, deq̃ limitatione circa illos per Supremos Regni Capitaneos facienda, diligenter obseruanda.*

### ART. VIII.

De Articulo gratuitorum laborum, referunt se ad Articulum decimum tertium, anni proximè elapsi; Supplices, dignetur sua Maiestas, ob miseræ plebis paupertatem, ea oblatione clementer contenta esse, & ferriò demandare, ne miseri coloni, ad diuersorum Confinium ædificationes & fortificationes distrahantur, sed limitatio obseruetur, quæ per dominos Supremos Regni Capitaneos, ascitis sibi aliquibus ex dominis Confiliarijs, quàmprimum fieri debebit. Solent enim Capitanei, vnam eandemq̃ villam, multis similibus laboribus aggrauare, & pro libitu, vltra possibilitatem, in laboribus detinere, tam diu, donec multi eorum etiam fame interire debeant. Habeatur etiam ratio Arcium Simmegh & Zégligeth.

*De gratuitorum laborum & aliorum Subsidiarum restantijs, Anni præteriti Constitutiones seruande, & Vicecomitum ratio habenda.*

### ART. IX.

De restantijs gratuitorum laborum, necnon aliorum publicorum Subsidiarum, eodem modo ad iam elapsi anni Constitutiones se referunt: hoc addentes, quod mirum videri non debet, si hæ restantiæ, ritè exigi non possint.



possint. Multæ enim villæ sunt his disturbijs desolatæ, & quamplurimi coloni, partim trucidati, partim autem in seruitutem Turcicam abducti, et ab exteris etiam militibus, non secus ac si proprij essent, possidentur. Habeatur itaq; ratio eorum Vicecomitum, qui iustas assignabunt rationes, ob quas restantias rectè exigere non potuerunt.

*Circa Annonam & Vecturam Bombardarum & commeatus, curruumq; et Iumentorum administrationem, quod Status Regni nihil præstare possint, sese humiliter excusant.*

## ART. X.

Cæterùm, Annonam suæ Maiestati promittere aut offerre quam possint, non vident. Nam quicquid eiusmodi in his Regni reliquijs habitum est, totum insatiabilis miles absumpsit, ita ut multi incolarum mendicando nunc se miserrimè sustentare cogantur. De vectura Bombardarum & Commeatus, nec non de currubus & iumentis dandis, haud dubiè, si effrenata militis licentia non obstaret, ac omnia non absumpsisset, non illibenter id decernerent, quod partium ipsorum esset, sed etiam si quàm maximè velint, nihil tamen prorsus decernere possunt, tam sunt omnibus iumentis omniq; commeatu, per suæ Maiestatis copias exhausti. Supplicant ergò humilimè, ne eis vitio vertatur, si expectationi suæ Maiestatis satisfacere non possint.

*De euectione frumenti, viarum reparatione, deq; liberis Haidonibus et militibus, præteritorum Annorum Articulis insistitur.*

## ART. XI.

Articulos de euectione frumenti, nec non de reparationibus viarum, atq; de liberis Haidonibus & militibus, præte-

## ARTICVLI POSONIEN.

præteritis annis, et singulariter anno proximè elapso sanctos, per totum admittunt, nec obstant, quo minus sua Maiestas, in transgressores eorum Articulorum, exemplum statuere dignetur.

*Status & Ordines Regni, nonnullos in Iudicijs et expeditionibus defectus, corrigi supplicant:*

### ART. XII.

Hoc loco Status & Ordines Regni, Maiestati suæ Cæsareæ, domino ipsorum clementissimo, humilimè supplicant, ut cum quandoq; contingat, quod ad nonnullorum simplices delationes & expositiones, fideles suæ Maiestatis, per mandata Regia, in præsentiam domini Locumtenentis vel Commissariorum, euocantur, ac comparere & Priuilegia sua producere, iuraq; accipere iubentur: dignetur Maiestas sua Cæsarea, huiusmodi, legibus Regni contrarias expeditiones & Iudicia, benignè interdicere, quod de sua Maiestate Cæsarea perpetuis studijs promereri non omittent. Super hac re, Maiestas sua Cæsarea benignè inquiret, eiq; pro huius temporis statu, quoad maximè fieri poterit, clementer medebitur.

*Rectificationem metarum Regni, hoc adhuc anno, per Commissarios iam antea ad hoc nominatos, in effectum deduci, Status & Ordines demisse & sedulò petunt.*

### ART. XIII.

Item, quia iam aliquoties decretum esse nouit sua Maiestas, ut differentia, quæ ratione metarum, inter hoc suæ Maiestatis Regnum, ab vna, parte verò ab altera, Austriam, Poloniam, Morauiam, Styriam ac Silesiam, ab antiquo intercedunt, per Commissarios reuideantur & debito modo sopiantur. Id tamen hætenus ad effectum dedu-

deductum non est, ac in limitibus illis constituti Regnicolæ, plurimum conquerantur, se à præfatis suis vicinis, multas iniurias pati, & interim, dum ipsi circa Turcici belli negotia occupantur, ab eisdem vicinis, multas terras, multaq; territoria ab hoc Regno auelli. Ideò supplicant Status & Ordines, dignetur sua Maiestas efficere, ut tandem adhuc præsentis anno, quatenus per motus bellicos fieri poterit, ab ista molestia, non modo præfati querulantes, sed & sua Maiestas liberetur, ac dictæ Commissiones, effectum suum consequantur. Commissarij erunt illi, qui superioribus annis nominati fuerunt, deficientium aut absentium loco, eligere dignetur sua Maiestas alios idoneos.

*De locis Depositionum obseruandis.*

ART. XIII.

Statuunt quoq; Status & Ordines Regni, ut obseruentur loca depositionum, & nemo questuram exercens, prohibeatur & excludatur ex eiusmodi depositionum locis, quominus liberum sit illi, vina aliaq; mercimonia liberè collocare aut deponere, & pro commoditate diuendere, dempto educillo, & seruentur Articuli Tricesimus sextus, Anni Septuagesimi quarti, & decimus octavus, anni Sexagesimi noni. Super quo quidem Articulo, Maiestas sua Cæsarea ac Regia, capta prius sufficienti informatione, benignè deliberare, & postea se resolvere statuit.

*Dominus Sigismundus à Landa, vna cum duobus filijs suis, Georgio & Erasmo à Landa, in Hungarum recipitur.*

ART. XV.

Admittunt demùm clementem Sacratissimæ Cæsareæ

## ARTICVLI POSONIEN.

reæ Regiæq; Maiestatis requisitionem, pro parte Magnifici domini Sigismundi à Landa, eiusq; duorum filiorum, Georgij et Erasmi, factam, vt nimirum in numerum ipsorum annumerentur, atq; in Vngariæ Nobiles asciscantur. Qui solitum iuramentum super officio boni & veri Ciuis Regni Hungariæ, vigesima quarta die mensis Martij, præsentis anni, deposuerunt.

## CONCLUSIO.

**N**OS ITAQVAE PRAEMISSA supplicatione fidelium subditorum nostrorum, dominorum Prælatorum, Baronum, Magnatum et Nobilium, cæterorumq; Statuum & Ordinum prælibati Regni nostri Hungariæ & partium ei subiectarum, clementer admissa, præfatos vniuersos & singulos Articulos, nobis modo præmisso præsentatos, præsentibus literis nostris, de verbo ad verbum insertos & inscriptos, ac omnia & singula in eis contenta, ratos, gratos & accepta habentes, eisdem nostrum Regium Consensum, beneuolumq; pariter & assensum præbuimus, ac illos & quæuis in eis contenta, autoritate nostra Regia acceptauimus, approbauimus, roborauimus, & confirmauimus. Offerentes nos clementer, quod præmissa omnia, in omnibus punctis, clausulis & articulis, tam nos ipsi obseruabimus, quam per alios omnes fideles subditos nostros, cuiuscunq; status & conditionis existant, inuiolabiliter obseruari facie-

ANNI M. DC III.

faciemus. Imò acceptamus, approbamus, ratificamus & confirmamus, harum nostrarum vigore et testimonio literarum. Datum in arce nostra Regia Pragensi, decima quinta die mensis Aprilis. Anno Domini, Millesimo, Sexingentesimo, tertio. Regnorum nostrorum, Romani vigesimo octauo, Hungariæ & aliorum, tricesimo primo, Bohemiæ verò, anno similiter vigesimo octauo.

ANNI M. DC. II.

facimus. In hoc acceptum propter nos et  
nos et consensum. In nomine domini Amen  
testimonio. In nomine domini Amen  
gint. In nomine domini Amen  
Anno Domini Millesimo. In nomine domini Amen  
io. In nomine domini Amen  
ostendit. In nomine domini Amen  
Bohemia. In nomine domini Amen

